The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Milicia ah
cum fontibus primis

Non fuit Romanis rubor eburneo ←
Scipione deposito
agrestem aratri stiuam repetere,
sed Attilii manus rustico opere attrite
salutem publicam stabilierunt, ingentes
hostium copias pessum dederunt,
et que prius arancium boum
iuga rexerant, postea triumphalis currus
habenas retinuerunt.
→

sed illae rustico opere attritae manus
salutem publicam stabilierunt, ingentes
hostium copias pessum dederunt,
quaeque modo arantium boum
iugum rexerant, triumphalis currus
habenas retinuerunt,
nec fuit iis rubori eburneo
scipione deposito
agrestem stiuam aratri repetere.

Potest pauperes consolari Attilius,
sed multo magis docere locupletes
quod non est necessaria magne laudis
cupido, aut anxia opum comparatio.

potest pauperes consolari Atilius,
sed multo magis docere locupletes
quam non sit necessaria solidae laudis
cupidini anxia diuitiarum comparatio.

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*, 4.4.5 (J. Briscoe ed., p.259, ll.56-64).

Virtus enim

nudo homine contenta est.

Valerius libro IIII.

Nulli praeclusa uirtus est; omnibus patet,
omnes admittit, omnes inuitat et
ingenuos et libertinos et seruos et reges
et exules; non eligit domum nec censum,
nudo homine contenta est.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 3.18.2 (F. Préchac ed., pp.76-7).